



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 44. Epistola S. Epiphanii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

§. XLIV.

Sæculum IV.

A. C. 393.

*Epistola S. Epiphani ad Joannem
Jerosolymitanum.*

Sanctus Epiphanius, auditis querelis, mi-
nisque, quas Joannes Jerosolymitanus
fundeat, dedit ad eum Epistolam, in qua
modum præfatæ ordinationis narrat, &
dicit: *Gratias mihi agere debueras,*
sciens, me impellente Dei timore id fecisse,
& perpendere, in Dei Sacerdotio nullam
esse diversitatem, quando nihil præter u-
tilitatem Ecclesiæ quærimus. Quamvis
enim singuli Episcopi suas Ecclesias ha-
beant, quarum curam gerunt, & nullum
oporteat potestatem Episcopalem ultra li-
mites suos extendere, tamen sincera Jesu
Christi charitas omnibus præferenda est.
Quanto magis mansuetudo, & bonitas E-
piscoporum Cypri laudabilis est! & quan-
to magis rusticitas nostra, talis enim no-
stra in hac re facilitas vobis videri posset,
Misericordia Dei digna est! nam aliqui
nostræ Communionis Episcopi in nostra
Provincia ordinarunt Presbyteros, quos
apprehendere non potueramus, miserunt-
que ad nos Diaconos, & Subdiaconos,
quos lubentissime recepimus. Ego ipse
hortatus sum Episcopum Philonem felicitis
recordationis, & Theoprobum, ut in Ec-
clesiis Cypri meæ Diæcesis, quæ ampla
est, ipsis proximioribus Presbyteros ordi-
narent.

ap. Hier. ep.
60.

2. Cor. 10. 16.

Hist. Eccles. Tom. IV. § § § narent.

Sæculum IV. *narent. Cur ergo tantopere irasceris*
A.C. 393. *mibi, propter opus Deo gratum, in vul-*
lum alium finem, quam fratrum ædifica-
 6. 2. *tionem perfectum.* Deinde ad objecta,
 se ipsum tangentia, respondet, & testatur,
 se nunquam in precibus publicis de Joanne
 alio modo quam de omnibus cæteris fuisse
 locutum, dicendo: *Domine! conserva eum,*
qui veritatem prædicat; aut: *Concede ei,*
Domine! ut verbum veritatis prædicet!
 Nempe unum, vel alterum pro occasione,
 & sermonis contextu. Ex quo cognoscimus,
 tunc temporis necdum in precibus invariabilis
 formulæ usum fuisse.

S. Epiphanius deinde ad errores Origenis
 transit, quos veram esse causam arbitratur,
 cur sibi tam acriter succenseret Joannes.
 Illos errores ad octo capita reducit; primo,
 Patrem a Filio Dei videri non posse, nec
 Filium a Spiritu S. Secundo, animas aliquando
 in Cælo fuisse Angelos, atque ob peccata sua
 in hunc mundum missas, & corporibus, veluti
 in carceribus inclusas. Tertio, Diabolum
 S. Epiphanius. *pristinam Dignitatem recuperaturum, &*
in Cælo cum Sanctis regnaturum. Quarto,
 sub tunicis pelliceis, quibus Deus Adamum,
 & Evam induit, intelligi debere corpora eorum,
 atque ante peccatum fuisse incorporeos.
 Quinto, nos in eadem hac carne non resurrecturos. Sexto,

to, Paradisum terrestrem esse Cæli allegoriam. Septimo, aquas, quas Scriptura ponit supra firmamentum, esse Angelos, & quas infra firmamentum, esse Dæmones. Octavo, per peccatum hominem similitudinem Dei perdidisse. S. Epiphanius hortatur Joannem Jerosolymitanum, ut omnibus his erroribus renuntiet, quorum etiam Ruffinum Presbyterum Aquilejensem, & Palladium ex Galatia accusat.

Sub Epistolæ finem hæc leguntur:
Præterea ad me relatum est, aliquos adversum me murmurare sequenti de causa; cum in locum sanctum, qui Bethel dicitur, iremus, ut vobiscum Collectam celebraremus, transivi per vicum, quem dicunt Anablatba, & videns lucernam ardentem, quæsi vi, quis hic esset locus? comperi esse Ecclesiam, & ingredior ad orandum; vidi siparium, in Ecclesiæ porta suspensum, in quo imago quasi Jesu Christi, vel alicujus Sancti picta erat, non enim, quid fuerit, satis recurrit; ergo considerans imaginem hominis, in Ecclesia Jesu Christi expositam, contra Scripturæ auctoritatem, siparium dilaceravi, & loci custodibus consilium dedi, satius futurum, si eodem corpus alicujus pauperis defuncti ad sepulturam involverent; murmurabant dicentes: si velum lacerare huic volupe erat, aliud Ecclesiæ donare oportuis-

Sæculum IV.
 A. C. 393.

c. 4.

Sæculum IV. *set; quo audito, promisi, me novum esse*
 A. C. 393. *missurum; ecce hic transmitto, tale, quæ*
le inveniri potui, & rogo te, ut loci Pres-
byteros illud recipere jubeas, simulque pro-
bibeas, ne imposterum in Ecclesia ejusmodi
vela exponantur, quæ nostræ Religioni
adversa sint; æquum enim est, ut a vobis

Greg. Nyss. tollatur hoc scandalum. Si hæc Epistola
in Theod. pars reipsa S. Epiphani est, fatendum,
 p. 1011. S. Epiphanium solum inter cæteros Epis-
 copos fuisse, quem hic scrupulus ange-
 ret; nam picturarum usus in Ecclesiis
 tam Orientis, quam Occidentis receptus
 erat, quod apparet ex testimonio S. Gre-
 gorii Nysseni, Prudentii, & S. Paulini, eo-
 dem circiter tempore scribentium. (*)

Prud. Steph. Similis picturæ, in velo expressæ, & in
 IX. v. 93. IX. Ecclesia expositæ, mentio fit in libro mi-
 v. 123. *Paul.* raculorum S. Stephani, mandato Evodii,
 natal. II. sub. Episcopi Uzalensis, S. Augustini amici,
 fine d. mirac. composito. Attamen forte unius Eccle-
 S. Steph. siæ usus in hac materia ab alterius con-
 L. XI. c. 4. suetudine divertebat, & magnus nume-
 to. 7. *Aug.* rus Judæorum, in Palæstina habitantium,
 causa esse potuit, ne tam publice imagi-
 nes colerentur, & iis absque necessitate
 scandalum præberetur.

§. XLV.

(*) Ad hæc Testimonia Protestans nihil.
 Sed inferius adjecta annotatione de cultu divino
 imaginibus hodie exhibito, temere garrit.